



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinque

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

7 Vtrum aqua sit de neceßitate huius sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

materia Baptismi, ita vinum est materia huius sacramenti. Sed in qualibet aqua potest fieri Baptismus: ergo in quolibet vino putam aliorum grandiorum, vel minorum, aut huiusmodi potest confici hoc sacramentum; praesertim cum in quibusdam terris vites non crescant.

2. Praeterea acetum est quadam species vini quod de vite sumitur, ut Isidorus dicit. Sed de aceto non potest confici hoc sacramentum. Ergo videtur, quod vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

3. Praeterea, sicut de vite sumitur vinum depuratum, ita etiam agresta, & mustum. Sed de his non videtur confici hoc sacramentum secundum illud quod in sexta Synodo legitur: & dicitur quod in quibusdam Ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungunt vias, & sic simul utraque populo dispensent. Praecipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat. Et Iulius Papa reprehendit quosdam, qui expressum vinum in sacramento Domini calicis offerunt. Ergo videtur, quod vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

Sed contra est, quod sicut Dominus se comparavit grano frumenti, ita etiam comparavit se vite, dicens, Ioan. 15. Ego sum vitis vera. Sed solus panis de frumento est materia huius sacramenti, ut dictum est. Ergo solum vinum de vite est propria materia huius sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quod de solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. Primo quidem propter institutionem Christi, qui in vino vitis hoc sacramentum instituit, ut patet ex eo, quod ipse dicit Matthaei 26. circa institutionem huius sacramenti. Non bibam amodo de hoc genimine vitis. Secundo, quia sicut dictum est, ad materiam sacramentorum assumitur id, quod proprie & communiter habet talem speciem. Proprie autem vinum dicitur, quod de vite sumitur alij vero liquores vinum dicuntur, secundum quandam similitudinem ad vinum vitis.

Tertio, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritalis latitudo, quia scriptum est, quod vinum latificat cor hominis.

Ad primum ergo dicendum, quod illi liquores non dicuntur proprie vinum, sed secundum quandam similitudinem. Potest autem verum vinum ad terras illas deferri, in quibus vites non crescant, quantum sufficit ad hoc sacramentum.

Ad secundum dicendum, quod vinum fit acetum per corruptionem, unde non fit reditus de aceto in vinum, ut dicitur 8. Metu. Et ideo sicut de pane totaliter corrupto non potest confici hoc sacramentum, ita de aceto. Potest tamen confici de vino acetum, sicut & de pane, qui est in via ad corruptionem, licet peccet conficiens, ut prius dictum est.

Ad tertium dicendum, quod agresta est in via generationis, & ideo nondum habet speciem vini & propter hoc de ea non potest confici hoc sacramentum. Mustum autem iam habet speciem vini, nam eius dulcedo attestatur digestionem, quae est completio a naturali calore, ut dicitur in 4. Meteor. Et ideo de musto potest confici hoc sacramentum. Non tamen debent vna integra huius sacramenti misceri, quia idem esset ibi aliquid praeter vinum.

Prohibetur etiam, ne mustum statim expressum de vna, in calice offeratur, quia hoc est indecens propter impuritatem mixti, potest tamen in necessitate fieri, dicitur enim ab eodem Iulio Papa: Si necesse fuerit, borvus in calice comprimat.

COMMENTARIUS.

IN corpore articuli affirmat D. Thom. & optimis, & clarissimis rationibus ostendit, vinum vitis esse materiam necessariam huius sacramenti. In solutionibus vero argumentorum, discernit ac separat aliquos liquores, qui materia esse non possunt, quia vel non sunt ex viis expressis, sed sunt aliarum rerum succi, certe si sunt ex viis, sunt iam corrupti, ut acetum, vel nondum sunt maturi, ut agresta. De musto vero non satis aperte loquitur D. Thom. Dicit enim, si expressum sit ex viis, esse sufficientem materiam, qua Franc. Suarez Tom. 3.

vinum autem intra viam est, solum dicit non debere consecrari, quia si ibi esset aliquid praeter vinum. In qua ratione & modo dicendi videtur indicare D. Thom. illam materiam non esse omnino ineptam, atque adeo consecrationem in ea factam, quoad eam partem, esse validam, quamvis debito modo non fiat, & ita videtur intellexisse Richar. dist. 11. art. 1. q. 2. ad 3. Sed non est haec vera expositio, ut benelic Galetanus sentit, sensus ergo est, non debere, id est, non posse in viis confici, quia nondum est vinum, ut in disputatione latius dicitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aqua sit vino permiscenda.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod aqua non sit vino permiscenda. Sacrificium enim Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech, qui Gen. 14. non legitur obtulisse, nisi panem & vinum. Ergo videtur, quod in hoc sacramento non debeat adungi aqua.

2. Praeterea, Diversorum sacramentorum diverse sunt materiae. Sed aqua est materia Baptismi. Ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

3. Praeterea, Panis & vinum sunt materia huius sacramenti. Sed panis nihil adungitur. Ergo nec vino debet aliquid adungi.

Sed contra est, quod Alexander Papa scribit. In sacramentorum oblationibus que inter missarum solemnias Dominum offeruntur, panis tantum & vinum aqua permiscum in sacrificium offerantur.

Respondeo dicendum, quod vino, quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primo quidem propter institutionem. Probabiliter enim creditur, quod Dominus hoc sacramentum instituerit in vino aqua permixto secundum morem illius terra. Unde & Proverborum 9. dicitur, bibite vinum quod miscui vobis. Secundo, quia hoc conuenit representationi Domini passionis. Unde dicit Alexander Papa. Non debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum: quia vtrumque ex later eius in passione sua profusus legitur. Tertio, quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramenti, qui est vniuersi populi Christiani ad Christum, quia ut Iulius Papa dicit, videmus in aqua populi in calice, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam aeternam. Unde Ambrosius dicit in libro de sacramentis. Redundat aqua in calicem, & salis in vitam aeternam.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Ambrosius dicit, videtur, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quae in eremo fluxit de petra, secundum illud, 1. Corinth. 10. Bibebant autem de spiritali conueniente eos petra.

Ad secundum dicendum, quod aqua assumitur in Baptismo ad vsum ablationis. In hoc autem sacramento assumitur ad usum refectionis, secundum illud Psal. 22. Super aquam refectionis educavit me.

Ad tertium dicendum, quod panis ex aqua & farina conficitur. Et ideo cum vino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

ARTICVLVS VII.

Vtrum permixtio aquae sit de necessitate huius sacramenti.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod permixtio aquae sit de necessitate huius sacramenti. Dicit enim Cyrillus ad Caesilium. Sic calix Domini non est aqua sola & vinum solum, nisi vtrumque miscatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola nisi vtrumque, scilicet, & c.

Richardus Caiet.

Alex. in ep. ad omnes fideles a mensuris.

Alex. ad omnes orthodoxos de illius ratione. Constat. dicitur. de cons. d. 2. c. cum omnibus circa mandatum.

lib. 1. de sac. c. 1. a mod. rom. 4. Eod. lib. 5. c. 11. 1072. 4.

In 9. ar. 6. ad 4. c. 6. ar. 4. d. 1. 7. ar. 4. q. 2. ar. 4. q. 2. c. 1. Cor. 11. lib. 6. c. 5.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

Verum aqua debeat in magna quantitate apponi.

ferina & aqua fuerit adunatum. Sed admistio aquae ad ferinam est de necessitate huius sacramenti. Ergo pari ratione admistio aquae ad vinum.

2. Praeterea, in passione Domini, cuius sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiit sanguis, ita & aqua. Sed vinum, quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. Ergo pari ratione & aqua.

3. Praeterea, si aqua non esset de necessitate huius sacramenti non referretur, quocirca aqua huius sacramenti apponeretur, & ita posset apponi aqua rosacea, vel quaecumque alia huiusmodi aqua, quod non habet usus Ecclesiae. Aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

Libro 1. c. 1. inter finem & medium. Inuitur de consecr. d. 2. c. 7.

Sed contra est, quod Cyprus dicit. Si aliquis de antecessoribus nostris vel ignominer, vel simpliciter non obseruauerit, ut scilicet, aqua uino misceatur in sacramento, potest simplicitati eius uenia concedi. Quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est vinum, uel panis. Non ergo aqua admistio est de necessitate sacramenti.

Art. prae.

Respondendo dicendum, quod iudicium de signo sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquae ad vinum refertur ad significandam participationem huius sacramenti a fidelibus, quantum ad hoc, quod per aquam mistam uino significatur populus unitus Christo, ut dictum est. Sed & hoc ipsum, quod de latere Christi pendens in cruce aqua profudit, ad idem refertur, quia per aquam significatur ablutio peccatorum, quae fit per passionem Christi. Dicitur

q. 73. art. 1. ad 3.

est autem, ut supra, quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materiae, usus autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. Et ideo consequens est, quod appositio aquae non sit de necessitate sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quod uerbum illud Cypriani est in legendum, secundum quod dicitur illud esse non posse, quod conuenienter esse non potest. Et sic similiter ad illa attenditur quantum ad id, quod de eis fieri, non autem quantum ad necessitatem, nam quia est de essentia panis, non autem de essentia uini.

Ad secundum dicendum, quod effusio sanguinis directe pertinebat ad ipsam Christi passionem, est enim naturalis corpori humano vulnerato, quod ex eo profuit sanguis. Sed effusio aquae non fit de necessitate passionis, sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio a peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiae. Et ideo aqua non solum offertur a uino in sacramento, sicut uinum offertur solum a pane. Sed aqua offertur, uino permixta, ut ostendatur, quod uinum per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens, aqua autem secundum quod adiungitur uino.

Ad tertium dicendum, quod, quia admistio aquae ad uinum non est de necessitate sacramenti, non refertur quantum ad sacramentum, sed ad naturam, quaecumque aqua miscetur uino siue naturalis, siue artificialis, ut rosacea. Quamuis quantum ad conuenientiam sacramenti peccet, qui ab aqua quam miscet, si naturalem & uerem, quia de latere Christi pendens in cruce aqua uera profudit, non humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt, ad ostendendum, quod Corpus Christi erat uere compositum ex quatuor elementis, si uel per sanguinem fluentem ostendebatur, quod erat compositum ex quatuor humoribus, ut Innocentius tertius dicit in quadam decretal. Quia uero admistio aquae ad ferinam, est de necessitate huius sacramenti, ut ostendat substantiam panis, si farinae admisceretur aqua rosacea, vel quicumque alium liquor, quam uera aqua, non posset ex eo consistere sacramentum, quia non esset uerus panis.

In decr. lib. 3. tit. 4. c. 8.

Ad primum ergo dicendum, quod sufficit ad sacramentum huius significationem, quod sentitur aqua cum apponitur uino, non autem oportet, quod sit sensibilis post mysticum.

Ad secundum dicendum, quod si aqua omnino apponeretur, totaliter excluderetur significatio. Sed cum aqua in uinum conuertitur, significatur, quod populus Christo incorporatur.

Ad tertium dicendum, quod, si aqua apponeretur de se, non sufficeret ad significationem huius sacramenti. Sed oportet aquam uino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

Ad ostium sic proceditur. Videtur, quod oporteat aquam in magna quantitate apponi. Sicut enim sanguis de latere Christi sensibilem fluxum, ita & aqua: unde dicitur Ioa. 19. Qui uidit, testimonium perhibuit. Sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacramento, nisi in magna quantitate poneretur: ergo uidetur, quod aqua debeat apponi in magna quantitate.

2. Praeterea, Parua aqua multo uino admixta corrumpitur. Quod autem corruptum est, iam non est. Ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacramento, & nihil apponere. Sed non licet nihil apponere, Ergo non licet parum apponere.

3. Praeterea, Si sufficeret parum apponere, per consequens esset sufficiens, quod gutta aqua in totum dolium proiceretur. Sed hoc uidetur ridiculum. Ergo non sufficit, quod parua quantitas apponatur.

Sed contra est, quod extra de celebratione Missarum dicitur. Periculosus in eius partibus inuenitur abusus, uidelicet, quod in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur, quam de uino, cum secundum rationabilem consuetudinem Ecclesiae generalis, plus in ipso de uino, quam de aqua ponendum.

Respondendo dicendum, quod circa aquam ad unctam uino, sicut Innocentius tertius dicit in quadam decretal. triplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod aqua ad unctam uino est opinio. Quidam enim dicunt, quod aqua ad unctam uino est opinio. Quidam enim dicunt, quod aqua ad unctam uino est opinio.

Sed nec hoc rationabiliter dici potest, quia secundum hoc, aqua si solum consecraretur a uino, sicut uinum a pane. Et ideo sicut ipse dicit, aliorum opinio probabilior est, qui dicunt, aquam conuerti in uinum, & uinum in sanguinem. Hoc autem fieri non posset, nisi deo modicum apponeretur de aqua, quod conuertetur in uinum. Et ideo solum per uinum est parum de aqua apponere & praecipue si uinum sit de bile, quia si tanta fueret appositio aquae, ut solueretur species uini, non posset perfici sacramentum. Unde Iulius Papanus reprehendit quosdam, qui pannum leneum musto inunctum periculum annum ferunt, & in tempore sacrificii aqua partem eius lauant & sic offertur.

Ad primum ergo dicendum, quod sufficit ad sacramentum huius significationem, quod sentitur aqua cum apponitur uino, non autem oportet, quod sit sensibilis post mysticum.

Ad secundum dicendum, quod si aqua omnino apponeretur, totaliter excluderetur significatio. Sed cum aqua in uinum conuertitur, significatur, quod populus Christo incorporatur.

Ad tertium dicendum, quod, si aqua apponeretur de se, non sufficeret ad significationem huius sacramenti. Sed oportet aquam uino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

DE materia istorum articulorum disputabilibus statim, textus enim Diui Thomae non indiget alio Commentario.

